hominū virt⁹ illoꝝ: et dedit homini-
bus sciētiā altissim⁹: honorari ĩ mi-
rabilibus suis. In hiis curās mitiga-
bit dolorem: et ungentarius faciet
pigmēta suauitatis ⁊ unctiones con-
ficiet sanitatis: et nō cōsummabūtur
opera eius. Pax enī dei sup faciē terre.
Fili in tua infirmitate nō despicias te-
ipsum: sed ora dn̄m et ipse curabit te.
Auerte a delicto et dirige manus: et
ab omni delicto munda cor tuū. Da
suauitatē et memoriā similaginis et
impingua oblationē: ⁊ da locū medico.
etenī illū dn̄s creauit: et nō discedat a
te quia opera ei⁹ sunt necessaria. Est
enim tempus quādo in manib⁹ illoꝝ
incurras: ipi vero dn̄m deprecabūtur
ut dirigat requiē eoꝝ ⁊ sanitatē ꝓpter
cōuersationē illoꝝ. Qui delinquit in
cōspectu eius qui fecit eū: incidet ĩ ma-
nus medici. Fili ĩ mortuū ꝓduc lacri-
mas et q̄si dira passus incipe plorare:
⁊ scd̄m iudiciū cōtege corpus illius: ⁊
nō despicias sepulturam illi⁹. Propt̄
delaturā aūt amare fer luctū illi⁹ uno
die: et cōsolare propter tristiciā: ⁊ fac
luctū scd̄m meritū ei⁹ uno die uel duo-
bus propt̄ detractionē. A tristicia enī
festinat mors ⁊ cooperiet virtutem: ⁊
tristicia cordis flectit ceruicem. In ab-
ductione ꝑmanet tristicia: et substan-
tia inopis scd̄m cor eius. Nō dederis
in tristicia cor tuū: sed repelle eā a te: ⁊
memēto nouissimoꝝ. Noli obliuisci
neq; enī est cōuersio: ⁊ huic nichil pro-
deris: et teipsum pessimabis. Memor
esto iudicij mei: sic enī erit ⁊ tuum. Mi-
chi heri: et tibi hodie. In requiem mor-
tui requiescere fac memoriam eius: et
consolare illū ĩ exitu spiritus sui. Sa-
pientiā scribe in tempore vacuitatis:
et q̄ minorat̄ actu sapientiā percipiet:

quia sapientia replebitur. Qui tenet
aratrū ⁊ qui gloriat̄ in iaculo stimu-
lo boues agitat: et conuersatur ĩ ope-
ribus eoꝝ: ⁊ narratio eius in filiis tau-
roꝝ. Cor suū dabit ad versandos sul-
cos: ⁊ vigilia eius in sagina vaccarū.
Sic omnis faber et architectus q̄ nocte
tanq; diē transigit: qui sculpit signa-
cula sculptilia: ⁊ assiduitas ei⁹ narrat
picturā. Cor suū dabit in similitudinē
picture: et vigilia sua perficit opus.
Sic faber ferrari⁹ sedēs iuxta incudē:
et considerās opus ferri. Vapor ignis
uret carnes eius: et in calore fornacis
concertatur. Vox mallei innouat au-
rem eius: et contra similitudinē vasis
oculus ei⁹. Cor suū dabit in consum-
mationē operꝝ: et vigilia sua ornabit
imꝑfectionem. Sic figulus sedens ad
opus suū conuertens pedibus suis ro-
tam: qui in sollicitudine positus est
semp propter opus suū: et innumera
est omnis operatio eius. In brachio
suo formabit lutū: et ante pedes suos
curuabit virtutem suam. Cor suū da-
bit ut consummet linitionē: ⁊ vigilia
sua mūdabit fornacē. Omnes hii in
manib⁹ suis sperauerūt: ⁊ unusquisq;
ĩ arte sua sapiēs est. Sine hiis omni-
bus nō edificatur ciuitas: et nō inha-
bitabūt nec ambulabūt: et ĩ ecclesiā
non transilient. Sup sellam iudicis
non sedebūt et testamentū iudicij nō
intelligent: neq; palam facient iudici-
um et disciplinā: et in parabolis nō
inuenientur: sed creaturā eui cōfirma-
bunt: et deprecatio illoꝝ in operatio-
ne artis: accōmodātes animā suā ⁊
cōquirētes ĩ lege altissimi. XXXIX 39
Sapientiā omniū antiquoꝝ exqui-
ret sapiens: et in prophetis va-
cabit. Narrationē viroꝝ nominatoꝝ 42 lines